



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Parallelia Geographiae Veteris Et Novae**

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 1. Decerpta Liguriæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

*Hister sonat Eudionem, sic Liuius, & Valerius Maximus.*

*Apudeos si quis soluendo non esset, sequebantur eum pueri cum vacuo marsupio; Heraclides in politiis.*

NVM. 5. *De qualitate Etrurie.*

FOECVNDAITATE nulli regioni concedit, vnde deliciis diffuebant, & luxu **Tusci**, *Diodor. lib. 5.* Colles etiam habent arationi idoneos, & humore modico non hiberno solùm, sed & aestiuo tempore regio irrigatur, *idem Diodorus.* Multi inde fructus, & tellius hic fert omnia non tantùm ad necessitatem, sed etiam ad delicias; *idem Diodorus Siculus.*

NVM. 6. *Quamitas & fines Etrurie.*

CERTVM est olim obtinuisse Padi ostia, si quidem fossas omnes hic ductas operâ Tuscorum *Plinius* ait, vnde & Scyllax hic Spinnam Tuscorum urbem agnoscit. Ne hic te morer Galliam Circumpadanam olim ab Athesi fluvio l'Adice ad Orgum Fl. Orco videntur obtinuisse. Nam Atria Tuscorum colonia fuit, & à Gallis atque Liguribus olim separati erant. Extenderunt & ditionem suam ultra Arnum Macram usque:nam Pisas & Lucam in Etruriā, collocant Liuius & Strabo. Promoti sunt olim & ad Circeium Prom. quod ex Theophrasto colligitur, & Hesiodo in Theogoniā. Nisi malis id referre ad ea tempora quorum meminit Dionys. Halicarnassensis lib. 1. quando Vmbri, Latini, Ausones, & tota Occidentalis Italia Tyrrhenia dicebatur.

FINES verò ab omnibus Geographis recepti sunt, ab Occidente Arnus, aut Macra; ab Oriente, Tiberis; à Septentrione Apenninus; à Meridie, mare inferum cui nomen dedit Tyrrhenū, postea Tuscum.

§. 4. *Geographica Etruriae descriptio.*

NVM. 1. *Decerpta Ligurie, seu Regio inter Macram, & Arnum fluvios, quelque partie de l'Estat de Gennes, l'Estat de Mazza, & de Carrera, les terres enlacées du Grand Duc, partie de la Carfangane, l'Estat de Luques, & quelque peu du Pisan.*

APVANI LIGVRES eam regionem incoluerunt, qui Romanis multum exhibuere negotij, eosque aliquando male multarunt. Sed

Sed cùm tandem multo labore & cæde domiti essent, pars eorum translata est ad Samnites in agrum qui fuerat Taurasiorum, altera pars ex montibus in planitem descendere coacta est; sic Liuius lib. 39. Dicti sunt ab Apuâ vrbe circa Macræ fontem, quæ hodie ab omnibus dicitur *Pontremoli*.

V R-	Lvnæ : hodie <i>Luna Citta destrutta</i> , infra Sarzanam quam alij affigunt ad sinum di <i>Spezza</i> , quem volunt esse Lunensem portum, de quo vide multa apud Clu- uerium, sed satius est indigenis, & testibus oculatis credere, & nihil obest quin hic fuerit portus Lu- nensis. Celebrantur plurimū apud antiquos eius vrbis marmora, quæ hodie <i>les marbres de Carrera</i> , aliter <i>de Gennes</i> .
B E S	Fossæ Papyrianæ : hodie <i>Viareggio</i> statio Lucensium.
M A-	Portus Pisanus, seu Emporium Pisanum : hodie vicus <i>Capanone</i> .
R I T I -	
MÆ.	
V R-	Pisa Colonia, & Municipium, aliter Pisæ, sic dicta à Pisis ad Alpheum: hodie <i>Pise</i> : utraque Pisa in loco riguo, vnde fortè nomen habet ut credit Eustathius à πίσαις, & πίσαις. Quidam hanc volunt à Pelepe conditam; melius & cautiùs Strabo à Pelepe ortam ait.
B E S	Lvca Colo. & Municipium : <i>Luques en Toscane</i> , quæ modò Liguriæ, modò Tusciae ab antiquis traditur. In eâ semina belli ciuilis iacta sunt, dum amicitia conciliatur inter Cæsarem, Pompeium & Crassum.
M E-	Lucus Feroniæ : hodie <i>Pietra Santa</i> .
D I-	Forum Claudij : fortè <i>Cà Maggiore</i> .
T E R-	
R A-	
NEÆ.	
F L V -	Macra Straboni & Plinio, Macralla Ptolemæo, Liguriæ & Tusciae terminus: hodie <i>Magra</i> .
M I-	Ausfer Plinij, Auzur Rutilio, Æsar Straboni: hodie <i>Serchio</i> ; malè cum Boacto Ptolemæi confunditur.
N A.	Arnus antiquus Tusciae, & Liguriæ limes: hodie nomen retinet <i>Arno</i> .
	Piscinæ Pisanæ, hodie <i>Loftagno</i> , inter Liburnum & Pisæ <i>Liourne</i> , & <i>Pise</i> .